

CLEMENS VII. PAPA KAROLO V. ROMA.

Impe. semper Augusto. S. D.



Harisime in Christo fili noster salutem & apostolicam  
bene. Non opus esse credimus apud Serenitatem tuam  
multis uerbis uti, ad demonstrandum, quo iam per tres  
annos studio, quibus nos curis & actionibus, a nostri ui  
delicet pontificatus initio, tum pacem communem toti  
us christiani nominis, tum priuatim tuam amicitia & coniunctionem  
nobiscum procurauerimus atq; appetierimus: sunt. n. acta cogitataq;  
tibi propemodum & que nota ac nobis. Sumus quidem consci*c*nihil  
prætermisso quod, uel ad boni pastoris officiū erga uniuersum gre  
gem, uel ad fidelis amici animū in tuam Serenitatem speciatim perti  
neret. Quorum tñ bonorum operē atque amoris erga te nostri eū su  
mus exitum consecuti, ut repulsi iam totiens a benevolentia & cōiun  
ctione tua, tamen nullam æquitatem conditionum, nullus iudicium  
ueri amoris apud te inuenerimus, siue eorum artibus & dolis, qui nos  
cum Serenitate tua nunq; coniunctos esse uoluerunt, siue tua mente,  
oppressione Italie immi<sup>ni</sup>ntione nostræ dignitatis mediante, ad ea cō  
silia, a quibus & natura, & uoluntate semper abhorruimus necessario  
sumus compulsi. Serius quidem multo quam aut plurimarum rerum  
idignitas aut honoris nostri & publici Italie boni ratio postulabat: sed  
cum ad extremum uentum esset cum patientiæ nostræ diuturnæ at  
que magnæ iam nomen atq; opinio ad negligentiam rerum publicar  
um conuerteretur coacti sumus tandem ea capere arma: quæ & iu  
sticie & Italicae libertati & nobis ipsis possent esse præsidio: non offen  
dendi cuiusquam causa, sed tuendi & conseruandi honoris æque offi  
cij nostri. Etenim, ut commemoremus breuiter cauſas quibus adacti  
sumus ita facere, meminisse potest Serenitas tua nos, cū in cardinalatu  
essemus tibi summe addictos atq; coniunctos & uiuo ferre Leone  
decimo fratre nostro patruele & deinde & mortuo quo rerū tuarum  
is exitus esset, & eam gloriam quam tumet optabas, nō laborib⁹, non  
periculis nostræ personæ propriæ, non impensis pepercisse. Cumq;  
deinde diuina prouidentia ad pontificatus honorem uocati fuissim⁹,  
tuique tunc hostes in Italia magnas copias haberent, & si pro pasto  
ralis officij debito ab illis armis nobis abstinentum erat, tamen ne rati  
ones tuas impeditas relinquemus, non solum Florentinoꝝ auxilia,

V016



sed sanctæ etiam Rom. ecclesiæ copias in tuis subsidijs & castris y'sari  
permisi mus: nec uero pecunias suppeditare cessauimus, nec antequā  
depulsum illud periculū fuit, destituimus tuis ducib⁹ fauere & iuuare.  
Postea y' o cum hic pontificatus honor, etiam in nobis patris personā  
exposceret, decreuistimusq; abesse ab armis & bellis exercitusq; & mi-  
litæ nostros, tuis iāhinc constitutis rebus & non mō nō inferioribus,  
sed superioribus etiam, q; hostium tuor⁹ reuocassemus. Tñ armis a no-  
bis depositis neq; fideli consilio ducibus tuis in Galliam transeuntib⁹,  
neq; inde pedē referentibus pecuniaq; auxilio pro re⁹ nostrar⁹ tenui  
tate desuimus. Successitq; ex illo intempestiuo in Galliam transalpi-  
nam tuor⁹ transitu celerior & grauior in Italiam Gallo⁹ irruptio. Re-  
ge maximi nominis exercitū ducent⁹ ac urbis opulentissimæ Medio-  
diolani ab illis reception: quo tpe cū duces tui de defensione illar⁹ regi-  
onum spem totam posuissent, ac de eaq; insuper, quæ tuæ erant pro-  
priæ, periculo cōmouerentur nos etiam y' o in magno nostrar⁹ rerum  
metu essemus: eis conuentionibus occurrere coacti fuimus imminen-  
ti periculo, quas tu optime nosti, qbus audisti tu profecto & cognoui-  
sti, q; nobis esset cura, q; cautio re⁹ tuar⁹: tñ nihilominus tibi rebusque  
tuis q; & nobis & nostris caueremus. Hæc tu si nosti, quæ ad te certe  
peruenerunt, nihil opus est illius tpis actiones nostras comprobare a-  
pud te, singulareq; quoddā studium nostr⁹ status honorisq; tui oñde-  
re: facile em̄ hoc tibi res ipsa declarauit, Sin aut & non cognouisti, ul'  
oblitus es, erit tps commodius quo ista exponemus. Qui & Gallorū  
transitu in tui regni fines: multis rebus remorati fuimus: & tñ si socie-  
tatem eoq; uoluissimus sequi, maxima nobis præmia, non solū propo-  
nerentur, sed etiam essent parata, ab instituto nostro non discessimus,  
plus apd' nos amicitiaæ tuæ memoria, quā præmium ullū ualuit. Secu-  
ta uictoria tuoruim aduersus Gallos: qua adepta cum om̄is nobis sub-  
lata contentio uideretur, cūq; iam sine cupiditatū & partiū suspitione  
tibi uideremur etiam fcederis uinculo hærere posse, magnūq; in eo be-  
neficium Italæ & Christianitatis totius positū arbitramur, non fœ-  
dus solū fecimus, sed quo tui duces egentes pecuniaæ alere & sustinere  
exercitum possent, eumq; a nostris finibus adducerent, centū illis de-  
dimus ducatorum millia, cōditione apposita: ut si de fcedere aliqua du-  
bitatio tibi oriretur, illæ nobis pecuniaæ restituerentur. Eo fcedere pla-  
ne a te nō accepto, nec fbatō, tū propter æmulatiōes q̄rundā ex duci-

tuis, & ingrata cæteris consilia Bo. M. Pischariae Marchio nonnulla  
iactare tractareq; ccepisset, quæ in detrimentū tui status intendi uide-  
bantur, nosq; etiam illa consilia audiuissemus, neq; fōdere ab te reie-  
cto, essemus penitus aspernati, quærētes. s. si tu nobis deesses, sicut iā  
deeras, ubi possemus niti atq; considereretti necq; a ybis ad facta aditū  
ullum tentauimus, & uincente tuam in nos duriciā amore erga te no-  
stro, recordamur te admoneri mandasse, ut duces tuos in Italia, quoq;  
in manu res tuæ essent, curares de te esse contétos: quo certe officio ti-  
bi probare debuimus eē nobis uehemēter curæ quietē & stabilitatem  
re⁹ tuar⁹. Deinde yō maximo cū gemitu & dolore nostro, atq; Italiae  
totius cū ijdē duces tui statum Mediolani occupassent, atq; arcē i qua  
Franciscus Ma:residebat circūuallare instituissent, tñ postulante a no-  
bis curam & securitatē aduersus indignitatē tantam Italiae piculo oī-  
bus notis atq; ignotis flagitantibus paratis, qui arma & auxilia conser-  
rent, cunctis prope christianitatis regibus nos animantibus cū non ui-  
deremur posse resistere monitis, quæreris, p̄cibusq; illo⁹, cū nos offici-  
cij nostri debitū Italiae calamitates & piculum cōe cōmoneret: Tñ ad-  
ueniēte p eos dies, dilecto filio commēdatore Herrera a te ad nos tra-  
ctandi causā (ut ipse ferebat) missō, relapsi in pristinam spē & cupidita-  
tē bñuolentia tuæ nobis quoquō conciliandæ dimissis consilijs, cōspi-  
rationibus, oblationibusq; cunctor⁹ graui oīm indignatione & quare-  
la, qui se a nobis desertos conquærebantur, ad te denuo confugiendū  
putauimus. Quærentesq; tibi cōparare gloriam pacandæ Christiani-  
tatis & moderationis tuæ omnibus declarandæ. Meminimus ea con-  
ventionum capitula, quæ dictus Herrera attulerat, naucis in locis le-  
uiter immutata, remississe, ad te comprobāda: scriptissimisq; manu nostra  
literas, quibus te per dei misericordiam obsecrantes, ut depellere uel-  
les hanc suspcionem, quæ de tua nimia cupiditate omnibus adhære-  
bat & perpetuitatem ac fructum amicitiae nostræ tibi pollicebamur,  
& consilium fidele dabamus: & quæ petenda erant omni cū humani-  
tate & beneuolentia abs te petebamus. Securitatem uidelicet: Italiae,  
duci Mediolani, si quo pacto errasset, clementiam, nobis ipsis amore.  
Quæ tot nostra opera atq; officia erga Serenitatem tuam nec nō alia  
q; plurima, quæ tibi quotidie a nobis postulante prompte semper con-  
cedebamus, ex quibus tibi commodum atque honor quotidie accre-  
sceret, quemadmodum a te accepta & recompensata sint in prōptu est

cognoscere. Primum omnium tuorum in Italia agentium iniqtati & contumelij ita fuimus expositi, ut cum non oia statim ex illorum praefcripto, & cupiditate egissimus de nostra fide & fidelitate obloquerentur, nosque apud te suscitacionibus sinistris onerare non desinerent: Nec reputantes quod officium nostrum honorum depositeret. Vellent nos secum in omni consiliu, quod illis placeret ruere precipites: atque ubi primus moderatus & circu spectius nos contineremus, oīm præteriorum officiorum periret gratia, qui bus tu profecto fidei multo plus quam conueniebat habebas. Deinde in Senenii ciuitate oīs nobis amicos & benevolos, tanta tuorum acerbitas et iniqitas insectata est, ut exterminata pene omni nobilitate cædibusque multis factis, nihil fieret apertius quam eas contumelias & opprobria nobis ipsis impingi, cum nos pacientia & dissimulatione, atque, ut oīs modestiae partes erga te seruaremus, nullū aliud remedium de tot innocētiū calamitatibus, nisi a teipso quæssemus, quod tamen absuit ut præstaret, ut quotidie peius atque acerbius illi in clades benevolorum nostrorum, & nostrum dedecus grassaretur: Fcederis autem ipsius tua reiectio, quod nos cum tuis oratoribus & agètibus, facultate hñtibus ictum, & a dilecto filio nobili uiro Cardo de La Noij, uicerege Neapolitano comprobatum & ratificatum, pro infirmissimo hahebamus: cum eius non tam ratificatione abs te, quod executio sola expectaretur, quid tandem tibi erga nos animi esse oñdit: cum siquid in illo pro te esset, id libenter adisceres: in quo aut dignitati nostrae aut cōmodo inseruiretur, id infectum irritumque dimitteres. Sicut in ijs quæ separatim stipulata fuerant, Spoliū uidelicet terras & locorum sedis apostol. & aliorum quārundam repudiatio tua declararauit. Quo etiam euētu non solum pecunias nostras, & pacto conuēto non recuperavimus, uerè etiam contra promissum & fidē datam exercitus tui bona pars in S. Ro. ecclia locis & terris prope assidue vasa est. Tantis & tam grauibus iniurijs & detrimētis subditorum nostrorum & crudelitate avariciae & innumerabilium scelerum & inauditæ immanitatis horribilis sit, & auribus humanis intoleranda cōmemoratio. Accessit in eis conditionibus, quæ inter Serenitatem tuam & charissimum in Christo filium nostrum Franciscum regem christianissimum, apud te existente, tractabantur: ut de illis nostri legati & nuntii aut penitus celarentur aut uix atque egre, cum ipsis studiole inquireret, de leuissimis doceretur: & neque ea quæ auditu & conjectura assequebantur, ad nos scribere permetteretur. Quo quidem tempore maximum dabat signum tuæ & anno-

bis alienæ & fidei nostræ derogantis uoluntatis. Mittimus innumera  
bilia alia in quibus nulla nunq̄ habita est ratio, nec honoris nec uolun-  
tatis nostræ. Ad illas ipsas literas, quas ad te iā humane & liberaliter  
scripsimus. ita rñsum est, ut ubi clementiam ducis Mediolani peteba-  
mus, tu rigorem iustitiae offerres. Ita tñ, ut nequaq̄ ex ordine iusticie  
iudicium atq̄ sñiam poena añcederet; ubi eorum, q̄ tunc aduersus rō-  
nes a tuis ducibus iactata & ad nos delata etiam fuerant, culpam in q-  
busdā esse dicebamus. Tu, quo nos quodammō criminare illos im-  
munes criminis fatere. Quæ tibi benigne & large pollicebamur, ea tu  
tanq̄ tibi debita & obligata flagitares. In quo yō perspicuum iudiciū  
constitit, nos abs te illudi & pro nihilo haberí, ipsa illa capitula Herre  
ræ remissa ad te, ut comprobarentur, cum illi facultas primo cōcessa  
überior esset, quod iam confectā concordiam cū Christianiss. rege ha-  
bebas, tu restrictiora multo q̄ prius & iejuniora transmisisti: apertissi-  
me indicans nos postremos eē, & contēni abs te: ubi tibi cū alijs ami-  
citia conuenisset. Quibus, tot animi tui erga nos nō bñ dispositi, signi-  
ficationibus animaduersis, cū siue ea esse propria uoluntas tuæ in nos  
uoluntatis uehementer diffidere cepissimus, siue q̄rundā ex tuis, qd'  
magis credimus, pueritas & maligna suasio, tñ tñ illos apud te posse  
uehemeter periculōsum intelligerem⁹, nobis totiq̄ Italiae, p̄stitimus,  
tñ in studio & amore pacis, p̄stitimus ppetuo: foliatq̄ nostra arma  
patientiæ induentes permissemus deo oēs actiones cogitationesque  
nostras: si non tuor⁹ pertinacia, in obsidenda arce Mediolani, illiusque  
ultimum prope discrimen, nos ad sustentandā libertatē Italiae discer-  
nendūq̄ facta, a ybis prope supremo tpe excitauiisset. Præsertim cum  
quo minus de uoluntate dubitare possemus, tua in Hispania ad depri-  
mendam auctoritatē sanctæ sedis aposto. & summi pontificis dignita-  
tem refringendam, proposita pragmatica edicta ecclesiasticae faculta-  
ti & libertati derogantia. Quibus in regno Neapolitano, ecclesiæ Ro-  
manæ feudo, similia alia consecuta sunt. Supradicti quoq̄ uice regis  
Neapolitani, qui ad nos, ut ueniret electus fuerat, apud christianiss. re-  
gem remansi & cum eo nouaḡ tecū cōventionū occulta, & a nr̄is ibi  
dem agentibus abscondita tractatio, fixū in te illud consiliū nostræ au-  
toritatis deprimendæ & amicitiæ omīno repudiandæ persequantēq;  
in ea opinione sententiā indicaret. Quod confirmauit etiā nobis ma-  
gis dilecti filij Hugonis de Monchada ad nos firmandę amicitiæ cau-

sa cum amplis mandatis(ut ferebatur)missi. In regno Franciae mora  
tanq; euentum speculantis, ut si illæ res tibi ex sententia cōfectæ essent,  
nos tum penitus posthaberemur ac deinde eodē animo, cū duce Me-  
diolani potius pacisci contendentis: cū quidem interea tui Italia agen-  
tes, ut omnia & extra & intra appareret, contra nos quoq; & san. Ro-  
ecclesiæ sanctum iniri consilia. Parmam urbem nostrā proditione oc-  
cultâ eripere nobis tentauissent: quibus tot & tantis iniurijs & causis  
inuiti quidē & gementes de te desperare & disfidere coacti sumus, no-  
stramq; amicitiam & bñuolentiam, quā tu toties repudiasti, multis! et  
magnis regibus adiungere, quoq; optimū in Christianam rem & se-  
dem apostolicam animū, si al pernati essemus, non iam pastoris & com-  
munis patris laudem, sed supbiſ & insolētis nomen acquisiuissimus.  
Quod cū esset a nobis iam factū & fides inuicem data, foedereq; con-  
stricti cū eis regibus essemus. Accessit tum demū, itineribus lente &  
tarde confectis dictus Hugo nobis tecū coniunctionem & conditio-  
nes eas afferens: quas nos cupidi tuæ amicitiae, &, ut nobis quidem ui-  
debat, cum cōmuni Italie & Christianitatis commodo, tui etiam et  
commodi & honoris priuatim appetentes. Tam sāpe abs te, tamque  
uehementer cū reqūssimus, suimus toties repudiati ac repulsi: quarū  
nunc accipiendā occasio & tps præteriere. Atq; ut impēdens Italie  
graue seruitutis periculū, ac turbationē uniuersæ Christianitatis, q̄tū  
in nobis est, propulsimus armis & exercitu sedem apostolicā minime  
sumus compulsi: abhorrentes quidem ab ipsa armor; tractatiōe, sed ta-  
men nullam aliā viam defendēdā iustitiæ & pacis inter omnes æquis  
conditionibus sperandā minime cernētes. Habes rationē nostror;  
actorum & consiliorum: quæ iccirco summatim a nobis tibi explicata  
est, ut iustificemus non solū coram Deo(is enim inspector cordū est)  
sed etiam coram omnib; hominib; actiones nostras: & nūc eo animo  
sumus, atq; ita coram eodem deo attestamur. Si serenitas tua ad æq-  
uatatem & humanitatem referre se uoluerit, nostra arma non solū non  
aduersa tibi, uerum etiam ad res yē glorioſas propitia futura. Sin aut̄  
in occupāda q̄tidie magis Italia & alijs p̄tibus Christianitatis perturbā  
dis nō tā naturæ tuæ (q̄ nos probā semper esse existimauimus) quam  
cupiditatī & consilijs tuor; obsequi perseueraueris, nos neq; iusticiæ  
neq; libertati Italiae (in q̄ huius quoq; sanctæ sedis tutela continet) de-  
futuros, sed iusta & arma moturos, non tam ad offensionem tuam(ti-

KARO  
electio  
mar  
rum hanc  
ditatis li  
tatis nunc  
rihil de  
vero ac  
cades p  
dig cur  
nec no  
tatem  
Quin  
ineu  
cemp  
bus o  
culi  
ma  
mu  
his c  
conf  
tor  
mu  
V.  
ptio  
uan  
lati  
&  
orb  
gno  
re.

bi enim omnia semper honesta & prospera optamus) q̄ ad defensionē nostrorum & patriae salutem, communī dignitatis. Quod (ut ne nobis nimium egre & inuito, hæc ipsa tractantibus, facere necesse sit) obsecramusq; te fili charissime per uiscera misericordiæ Dei nostri & per eam spem, quæ de tua uirtute tanquam futura Christiano nomini salvularis, omnium mentes occuparat ut prouidere uelis, quo, immoderatis cupiditatibus repulsi, & aliquid potius publico Christianitatis bono condonando, quam omnia nimium ad te trahere conando. Hęc Italiae & Christianitatis incommoda & pericula, tua moderatione sedentur. Est enim tibi profecto huius curae onus commune nobiscum & ambo a deo in hanc sollicitudinem pro commissis nobis honoribus sumus uocati. In quo nos officio & debito nostro, neq; defuimus, neque quācumq; iustitiae patrocinium permiserit, defuturi sumus. Tu vero si, quæ de tua in pacem generalem uolūtate passim ferebantur, ueras prudentiæ & pietatis radices habebant, habes occasionem declarandi quæ sentiebas, omnia uere & ex animo sensisse; atq; operibus vba cōprobando singularem optimi principis laudem tibi acquirendi.. Qui si tam nobis uere amorem tuum cupientibus in liberanda Italia q̄ fœderatis nostris, in suis iustis & plenis humanitatis æquitatisq; petitib; satisfacere institueris. Erit id Serenitatis tuae famæ & sapientiæ melius multo accomodatum & paci uniuersali securitatiq; tam rerum tuarum q̄ totius Christianitatis magis, consentaneum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo  
piscatoris, die uicesimo tertio Iunij. M.

D. XXVI. Pontificatus nostri

Anno tertio,

Ia. Sadoleto.